

adduco Theodosium Imperatorem! hic compræcipui ira abieptus in seditione Theodosiensi septem hominum milia, nullo inter nocentes & innocentes facto discrimine trucidari iussit, ob immane scelus a S. Ambrosio Mediolanensi Episcopo ab ingressu Ecclesie exclusus fuit. Quod ad hac Theodosius? Deposuit factum, commisit sumque facinus per octo integros menses publicæ, humiliter penitentia exclavit. (*Hist. Eccl. Hist. a. 17.*) Progrediamur ad alteram partem!

§. II. *Dein sicut Christus conficit Divinitate, ita Sacramentum forma.*

7. Sicut in Neo-nato Jesulo Persona Divina, id est, Verbum increatum se habet per modum formæ, ut pote que tanquam compar dignior naturam humanam ad esse Divinum elevat, ita forma Sacramentorum in genere sunt Verba, que ex institutione Divina una cum materie applicatione in sanctificationem suspensivæ pronuntiantur. Miraris, & ais, esse intellectū difficile, quomodo verba ab homine prolata tam nobilem effectum operari possint? Ergo aperit Scripturam, & lege in primo capite Genesis, qua ratione Omnipotens Deus creaturam omnia e nihilo produxit. Dixit Deus (*Gen. 1.*) Fiat lux! & facta est lux. Dixit ulterius: Fiat firmamentum! & factum est ita! dixit iterum: congregentur aquæ in locum unum! & factum est ita! dixit rursus: germinet terra herbas virentes! & factum est ita! Sic pergit sacer Historiographus per omnes creaturas, que semper ad imperium Dei loquentis e nihilo prodierunt. Fuit initio mundi vox Dei adeo effeæ & operatoria, ut creaturæ specie diversissimæ, multitudine innumerabiles, que ante nunquam fuerunt, esse cœperit; cur formæ sacramentales, que non minus quam ille sunt voces Dei, id est Dei nomine & auctoritate prolata, non possint esse tam effeæ & operatorie, ut hominem, qui iam antea extiterat, accidentaliter perficiant? Audi quid Psalmista hac de re sentiat.

6. Prophetico ore laudat, ac magnis encomiis septies vocem Domini extollit, que encomia septem Sacramentis diversos effectus operantibus convenienter possunt accommodari. Quomodo? Primo dicit: *Vox Domini super aquas*, (*Ps. 28.*) quod commode intelligitur de Baptismo, in quo vox Sacramentalis in persona Christi prolata, ego te baptizo &c. aquis vim confert regenerandi & sanctificandi. Secundo dicit: *Vox Domini in virtute*, quod designari videtur forma Sacramenti Confirmationis, per quam Christiano insuperabilis virtus & fortitudo eum in finem confertur, ut suam fidem intripide, etiam cum periculo honorum & vitæ proficitur. Tertio dicit: *Vox Domini in magnificentia*: ibi denotat Eucharistiam, in qua per verba consecrationis panis & vini in realem Christi presentiam transfunduntur, mysterio tam admirabili, ut in eo tanquam compendio omnia magna, & magnifica Deitatis opera contineantur. Quar-

to dicit: *Vox Domini concutienti desertum*: ubi Sacramentum Pœnitentiæ subauditur potest, quia per hoc cor humanum, quod peccati lolio & veribus inftar deserti in fœniticium commigravit, purgatur, & in amonitum rofarum ac liliorum hortum ad delicias cœlestis sponsi commutatur. Quinto dicit: *Vox Domini preparantis carum*, ubi adumbratur Sacramentum Uocationis, cuius munus est homines iustos expiatis peccatorum reliquiis ad iter æternitatis, & ad beligerandum contra inimicos in hac via insidiantes preparare. Sexto dicit: *Vox Domini confirmantis carum*, ubi laudare videtur Sacramentum Ordinis, quod datur potestas ligandi aque solvendi; ita, ut potentes huius sæculi, qui tanquam cedri cervicem erigunt, ad pedes Sacerdotum abijci, & humiliari debeant. Denique septimo dicit: *Vox Domini intercedentis flammam ignis*, quod enoniam Matrimonium convenit, e jusque sacramentali gratiæ, qua concupiscentiæ flammam sopit, & conjugibus conjugalitatis donum confertur. Eniã quam apostolus coronatus Philes mirabiles effectus, quos forma sacramentales seu verba Christi instituta producant, septemtempli illo vaticinio describat. Jam ad tertiam partem.

§. III. *Denique sicut ad utramque necesse Unio hypostatica, ita in Sacramento requiritur intentio.*

7. Sicut in Neo-nato Salvatore Unio hypostatica Divinam & humanam naturam connectit, & est illud vinculum, quo Divinitas suis perfectionibus & idiomata humanitati, in quantum capax est, communicat: ita intentio Ministris conferentis Sacramentum, five actualis five saltem virtualis illa sit, est necessario requisita conditio, sub qua forma sacramentalis communicant materie, & hæc virtutem a forma recipit in ordine ad producendum sanctificationis effectum. Requirit autem intentionem ad Sacramenti consecrationem descriptam est a Tridentino, *sess. 7. Can. 11.* & probat etiam ratio; quia nimirum Sacramentorum Ministris non sunt quæsi nudi imperantii litteras deferentes, sed tanquam dispensatores vices Christi & Ecclesie gerentes: ergo requiritur intentio, que se determinat, quod non proprio nomine agere, sed vices Christi & Ecclesie gerere, & potestate sui commissi uti velint. Hinc Sacerdos, qui actiones sacramentales non nisi joco aut simulate, aut etiam in sonno, in comœdia, in narratione historiarum vel ebrietate faceret, non consecraret, non absolvcret, non baptizaret. Notent hii hæc doctrinam illæ Vetulæ & obiterites, quarum solum instructioni id dixero, potest inquam, que, cum parati possint intendere, solummodo ad generatis & spiritus prolis vitam temporalem intentæ, in re spiritui decemamque & sepe irreparabiles errores committunt, cum enim insistentem recens naturam desecere aut agonizantem conspiciunt, totæ confusa, perplexæ & phantasticæ lamentantur & ejulant, & quamvis aquam una cum forma baptismali agonizanti affundant, inten-

intentionis tamen sepe obliviscuntur; sciant igitur consiliosissime esse, ut jam ante periculum efficiant voluntatem administrandi Sacramentum, si necessitas exegerit, & faciendi, quod facit Ecclesia.

8. Hæc de intentione Ministris dicta sufficiant: Interim quæres, quis ergo sit Minister Sacramentorum? Respondeo, excepto Baptismo, quem in necessitatibus casu quilibet hominum, etiam femina conferre potest, & Matrimonio, cuius Ministris sunt ipsi contrahentes, ceterorum Sacramentorum Ministris de lege ordinaria sunt Episcopi & Sacerdotes, dicente S. Paulo nominæ omnium, (*1. Corin. 4.*) *Sic nos existimus homo uti Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Proinde persequenter in historis & vitis Sanctorum legitimus, quod Divina Providentia nonnunquam mediocribus Angelis procuravit suis electis Sacramentorum gratiam, sed tamen per ministrum eorum, qui ad id sunt deputati: Sic Angelus Philippum transtulit, ut cœnuchum Regine Candacis baptizaret: (*Act. 16.*) Sic Angelus Concilium antiochenum ad Petrum misit, ut ab eo baptizaretur. (*Act. 10.*) Sic post martyrium S. Lambertii Angelus baculum ejus Pastorem & Stolum, ad Sergium Pontificem Romanum detulit, ut B. Hubertus ad liminam Apollolorum peregrinatus successor inauguraretur. (*Sicutus 3. Nov.*) Denique Honoratus Episcopus Verceilensis, Angelica voce ter admonitus fuit, ut ad B. Ambrosium Episcopum Mediolanensem cum morte jam lætantem accurreret, eique sacrum Viatum præberet, quo sumpto sanctus Antistes manibus in crucis similitudinem conformatis Deo animam reddidit. (*Marchant. Hist. Past. et. 1. lict. 4. prop. 4.*) Dixi de lege ordinaria Episcopos & Sacerdotes esse Sacramentorum Ministris, de lege enim extraordinaria constat ex historis, sacramentali ministerium per ipsos Angelos factum fuisse: neque est dubium, Deum posse dispensare in lege ordinaria; quia sicut collationem gratiæ non ita alligavit Sacramentis, ut non possit sine illis eundem effectum conferre; ita nec alligavit Ministris, quin possit Angelis virtutem eandem communicare. Sic legitimus de S. Onophrio confessore. (*In Vit. Pp. 1. 1. de S. Onophrio.*) quod per sexaginta annos in vastissima Ægypti eremo incognitus vixerit, & quidem primis triginta annis non nisi palma fructibus, reliquis vero triginta annis pane cœlesti ministrato nutritus: toto autem illo tempore, dicit Paphoutus Abbas, qui deserat illud circumiens illum reperit, singulis Dominicis diebus Angelus illi SS. Eucharistiam attulit. S. Bona ventura adhuc junior (*Marchant. Cand. Myst. et. 2. lict. 7. prop. 1.*) scrupulis agebatur, & præ humilitate nonnunquam dia a sumptione SS. Eucharistie, cuius se indignum æstimabat, abstinuit. Angelus autem Domini particulam consecrate hostiæ, quam de manu celebrantis accepit, ori ejus inmisit, ut sic Deus humilitatem servæ sui consolaretur. S. Stanislaus Kostka

S. J. maxima devotione venerabatur Sanctam Barbaram, in cuius vita legerat, neminem illi devotum sine SS. Viatio emori: cum igitur extrema ægritudine laboraret, vidit duos Angelos ad se venientes, & eorum manibus, Sancta Barbara assistente, Bucharistiam recepit. (*Frans. Hist. Sacra. in Vit. S. Stanislaus Et. Cora. a. Lep. in Lævis, et. 22.*) Taceo plures ejusmodi prodigiosos eventus, & ad finem profuso.

9. *Epilogus.* Dic jam, mi Christiane, quod putas manus hodie Divino Pastori se te erit acceptissimum? Angelus secretarum illum cauti servissimum: bos & asinus recesserunt illum calenti hiliu: piltores attulerunt agnoscas & rustica dona: Magi ab oriente aurum, thus & myrrham ad ejus pedes deposuerunt. Non abs re autem erit, si SS. Eucharistia & Pœnitentiæ Sacramentum illum veneris, quia non tantum est Sacramentorum institutor, sed etiam Symbolum, constant Humanitate, Divinitate & unione hypostaticæ, eum in modum, quo constat Sacramentum materia, forma, & intentione Ministris. Christus Dominus non impræmittam relinquere obsequium sibi præstitum, idque gratia tibi faciet, ut cum in æternitatem migrandum erit, sine Sacramentorum munimine non decedas. Amen.

In Festo S. Stephani Protomartyris.

CONCEPTUS VI.

De Ministro Sacramentorum, ubi etiam, ac ex prædicato Ministris dependat orator Sacramenti.

Jerusalem, Jerusalem, que occidis Prophetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad te. *Matth. 23.*

Qui Sacerdotes persequuntur, pessime agunt, quia sunt Sacramentorum Ministris, penes quos magna invenitur potestas.

8. Si unquam alias, certe ex hosteria Sancti Protomartyris persecutione patet, quod veritas odium pariat: cum enim S. Levita Divinitatem Christi tanquam mundi Redemptoris libere Judæis prædicaret, & nemo fuisset, qui Spiritui, qui ex eo loquebatur, posset resistere, (*Act. 6.*) illi tanquam de causa sua desperantes, & rabidi homines continuerunt aures suas, cumque periret sanctus Orator Phariseis & Sadducæis suam illucuram, crudelitatem, & incantem sub pietatis lava hypocritarum exploratæ, impetum fecerunt in eum, & ejusmodi extracivitatem lapidibus obruerunt. Hæc tragediam dum intueor, in mentem mihi veniunt odia, & persecutiones, quibus ingratis mundus Mandas in hostiernam usque diem contra Ecclesie Ministris efferevit, & eos, quos contra partes spirituales revereri deberet, in discitis factis, & moribus sine fine carpit, fugillat, & cavillatur. Patriarcha Moyses, iudicibile est quanta beneficia populo contulerit: Pharaonis obtinaciam miraculis fregit, & populum e-



enpavitæ eduxit. *Egyptios* percutores in mari rubro demerit, *Manna* lamentibus & caelo impetravit, iratum nomen placavit, & alia miranda praestitit, & cumque ex colloquio cum Deo splendidus & radiolosus appareret, nihilominus populus his non attentis oculis in *Aethiopiis* ejus uxorem defixit. Eadem fors videtur esse Sacerdotum & Ministrorum Ecclesiae; cum tuo anno verbum Dei & cathedra proponunt, rudes catechizant, infantes baptizant, mortuos sepeliunt, multos consolantur, peccata deducunt, virtutes commendant, pauperibus succurrunt, morientibus Sacramenta ministrant, publicas calamitates precibus avertunt, & alia faciunt; nemo est aut *tere* nemo, qui illis reverentiam aut gratitudinem debere patet: cum vero vel semel impingant, totius populi risus, & fabula sunt, omnes tantum observant illorum maculas, non autem splendores, eoque tandem progreditur contemptus, ut eorum ministeria & functiones etiam Sacramentales vilipendantur.

2. *Proposio*. Agite postquam de materia, forma & intentione Sacramentorum egimus, jam quid in Ministro consideranda veniat, perpendamus: Nimirum consideranda venit illius magna Potestas, quam habet a Deo, magna Dignitas, quam habet coram mundo, & magna Probitas, quam habere debet in se ipso. En hic scopus & diviso hodierni sermonis, ubi etiam agitabitur questio, an Sacramentorum valor ex probitate Ministri dependeat. Attendite! *Fayete*.

## S. I.

3. *Confirmatio*. In Ministris Sacramentorum, qui de via ordinaria sunt Sacerdotes, in primis consideranda venit illorum sacra Potestas. In quo consistit hac Potestas? In eo, quod sint Legati, Locumtenentes, & quasi Vice Dei in terra, ita, ut quidquid in functionibus Sacramentalibus ad sanctificationem animarum operantur, non suo, sed Dei nomine faciant. Aperiamus Scripturam. Dominus Deus, cum Patriarcham Moysen ad Pharaonem ablegavit tradita illi prodigiosa virga his expressissimis verbis usus est: (*Exod. 7.*) *Ecece constitui te in Domum Pharaonis*, tum precepit illi, ut Pharaonem dimissionem populi ex *Aegypto* sua auctoritate, & inrepositis etiam grandium malorum minis persequeretur. Fecit Moyses, quae iustus est, sed irrito conatu; quippe Pharaon ambitione & fastu inflatus superciliosè reposuit: *Necio Dominum*, & *Israël* non dimittam. Reversus cum hoc responso Moyses dixit: Domine non te cognoscebat Pharaon: non me cognoscebat? faciam ut cognoscat. regredere, & inspectante obtinato Rege prodigium illud patra, quo virgam in serpentem, & iterum serpentem in virgam succubertem. Paruit denique Moyses, sed furdo cecinit fabulam: tum denique Deus: redi tertio, & ecce egredietur Pharaon ad aquas, & stabis

in occursum ejus super ripam fluminis, & virgam, quae conversa est in draconem, tolles in manu tua, dicisque ad eum: *Hæc dicit Dominus*: In hoc scies, quod sim Dominus: *Eam percussam virga, qua in manu mea est, aquam fluminis & vertetur in sanguinem*. Nota hæc loquendi methodus est admodum mysteriosa: an enim Deus habet manus corporales, quibus virgam teneat? an non Pharaon apertis oculis videt, virgam esse in manu Moysis? cur ergo Deus dicit: Ego virga, quae in manu mea est, percussam? Respondeo his verbis Deus Pharaonem indicare, dicereque voluit: *En ignoras, mi Pharaon, manu Moysis manum meam esse conjunctissimam, & eam ipsam esse, cujus virtute manus Moysis prodigia operatur?* quidquid igitur mirabilem certis, scias velim, in tantum fieri per manum Moysis, in quantum mea manus mirabilem operatur, cum illa concurrat: in illa manu, quam vides, meam agnosce, quam non vides, & quidquid videris, non illi, sed meæ manui adscribe. Ita in hunc locum S. Gregorius, l. 1. Reg. c. 2. *Quidquid virtutis Moyses ostendit potuit, Dominus ipse fecit*: Non enim Moyses populo per deserta gradienti *Manna* pluit, sed Dominus: Non Moyses aquam de rupe produxit, sed Dominus: Non Moyses volatilia concupientibus exhibuit, sed Dominus: unde Christus ad Judæos: *Non Moyses, sed Pater meus dedit vobis panem de Cælo*. Hæc Gregorius de Moysæ, quæ omnia proportionaliter intelligi possunt de Ministris Sacramentorum in nova Legge; dum ille per actiones Sacramentales sanctificat animas, non propria virtute, sed aliena id facit: Non per se in Baptismo peccati originalis maculas abstergit: non per se in Eucharistia Corpus & Sanguinem Christi consecrat: non per se in Penitentia peccatorum vincula solvit: non per se in extrema Unctione morientem ad certamen confortat, sed nomine & auctoritate Dei id efficit, quo lenis S. Paulus enunciat: (*1. Cor. 4.*) *Sic nos existimemus homo, ut Ministros Dei, & Dispensatores mysteriorum Dei*.

4. *Quid sequitur?* sequitur Potestatem Sacerdotum esse amplissimam, & quia ipsum Deum representant, etiam Angelis majorem! Deus deus potestatem Angelis movendi sidera, compescendi elementa, portandi preces fidelium ante thronum Dei, & faciendi alia. Potestatem autem consecrandi, abolvendi, confirmandi, aut Sacramentum ministrandi reservavit Sacerdotibus. Ideo ipsi etiam Angeli Potestatem Sacerdotalem supra suam reveriti sunt. Pientissimum nonnemo juvenum teste S. Francisco de Sales, l. 4. c. 43. id gratiæ a Deo habuit, ut Sancti Angeli sui cultus visibiles ac familiaris consuetudine uteretur: quamdiu in statu laicali degebat, Angelum semper precedentem, aut a dextris ambulantem conspexit: cum autem successisset temporis factus est Sacerdos, Angelum continuo subsequente, aut a sinistris comitantem habuit. En quanta reverentia Angelorum ex-

ga Sacerdotes, & Sacramentorum Ministris! Sed de hoc jam plura in altera parte.

## S. II. Magnus in honore habetur Dignitas.

5. In Ministris Sacramentorum deinde consideranda venit magna Dignitas, quam habent coram mundo. Audiamus Scripturam hinc temporis non inconvenientem! Tres Magi in Regionibus Orientalibus ex syderum conjunctione Neo-natum mundi Salvatorem agnoscentes, sine mora relicta patria Bethlehem contendunt, & in hoc plurimorum miliarium itinere stellam ducent habuerunt, *Stella antecedebat eos*. (*Matth. 2.*) Possimio, ubi Divino Pufioni sua dona detulere, reversis in patriam stellam dispersit: quo ergo ductore viam remensit? Lyranus & alii auctores in cap. Matth. 2. putant, reductos fuisse in patriam ab illo ipso Angelo, a quo responso accepto, ne redirent ad Herodem, in somniis admoniti sunt. Non improbo quidem opinionem sed quero, cur euntibus sydas, & redeuntibus Angelus famulatur? cur interim, & quæ de causa digniores facti sunt in tantum, in quantum Angelus dignior est sydere? S. Chryostomus miram hæc de re concipit reflexionem: tres illi Reges, inquit, Christum adorando, pedes illius osculando, manibus tangendo, incensum tanquam Deo, myrrham tanquam Redemptori, auram tanquam Regi offerendo, & a Puero benedictionem Divinam recipiendo, oblationem fecerunt tanquam Sacerdotes, & a Christo in Sacerdotibus inaugurati sunt, quid ergo mirum, quod euntibus stella, redeuntibus Angelus famuletur? verba Chryostomi Homil. 3. in Matth. sunt: *Reges puerum adorando saluti fuerunt Sacerdotes, ideo non stella eos, sed Angelus suscepit*. En! mi Christiane! si tres Magi ex eo solum, quia apud Christi præsepe quandam cum Sacerdotibus analogiam contraxerunt, Angelis tam æstimabiles facti sunt, quantum coram Deo, eorum Angelis & mundo dignitatem habebant, qui revera tales, id est, Jesu Christi in terris Vicarii & Sacramentorum Ministris sunt, qui sacrificio Deum placant, Sacramentis justificant, Baptismate lavant, Chrysmate roborant, Oleo sanant, Oratione sanctificant, Precibus impetrant, Verbo pascunt, Potestate solvant, Clavibus calum aperiant, & claudunt? Profecto, si rem bene consideremus, dignitatem habent non solum Regibus, sed & Angelis majorem! Ideo Ferdinandus II. Romanorum Imperator, ut inter rebellium persecutiones extreme afflictio Christus de Cruce promiserat: Ferdinando non te deseram, dicere solebat: si uno eodemque loco & tempore & Angelum & Sacerdotem sibi concurrentes haberet, se prius Sacerdoti, deinde primum Angelo honoris officia perfoluturum. Constantinus Magnus ita honoravit Sacerdotes & Episcopos Niceni Concilii, ut inter illos ultimam sedem elegerit, imo non prius confidere voluerit, quam illi ab Episcopo

Steno Spiell. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

pis annatus fuerit datus. Theodosius Imperator tanta reverentia ferebatur in S. Ambrosio Episcopo, ut illius iussu timens ac tremens ab aditu Ecclesie recesserit, & ob eandem Thesalonicensium impositionem sibi penitentiam per aliquot menses humiliter impleverit. Carolus Magnus Imperator Summos Pontifices & Sacerdotes adeo reveritus est, ut eorum accitu quaternis vicibus Roman profectus sit, totaque Italia Longobardorum tyrannide liberavit. S. Ludovicus Galliarum Rex mire æstimabat Sacerdotes; ideo moriens Philippum filium suum cæcorem monuit: semper sis additus Romanæ Ecclesie, & elige tibi sapientes confessores qui te possint docere, quid agere, quid vitare oporteat. Hæc olim Imperatorum, Regum & Principum reverentia hæc erga Ecclesie Ministris, quid hodie fit? Eheu! quantum mutatus est color optimus!

6. Sed, inquis, Sacerdotes nonnumquam sunt vitiosi, sunt imperiti, sunt in munere suo negligentis, ita ut locum habere videatur illa crisis: *Olim Sacerdotes autem celebrabant in calcibus avari, nunc Sacerdotes autem celebrant in calcibus avari*. (*Corn. a Lap. in Exod. cap. 28. v. 17.*) Mi Laice, quid hoc ad te? tu-noli discutere mores Sacerdotum, sed obtempora mandato Concilii Aquigranensis, cap. 2. quod sic statuit: *Sacerdotes licet sint negligentis, non sunt tamen despicendi, sed honore venerandi*. Rationem hujus statuti satis insinuat Imperator Basiliius ap. Mich. a Calv. conc. 2. S. 1. n. 12. dicere solitus, *Etiam enim, qui Sacerdotibus desertum, in Deum refertur*. Vis aliam adhuc rationem? attende ad tertiam partem sermonis!

## S. III. Ex magna requiritur Pietas.

7. In Ministris denique Sacramentorum consideranda venit magna Pietas, quam habere debent in se ipsis. O mi Sacerdos! utinam inter me, & te solum sermo foret, vellem tibi ante oculos ponere, quantum ad tui muneris auctoritatem, & ad sacrum functionum æstimationem necessaria sit vita inculpata & exemplaris! quia mundus ita comparat est, ut plus oculis, quam auribus credat, & ita verum sit, quod S. Gregorius enunciat: *Multis sanctationum, cum plus Sacerdotis vitium, quam suam diligentiam, in concupiscentiam Dilectionis Sacramentorum incurritur*. Verum hoc nihil hodie ad me! quamquam enim indubitatim fir, illum, qui in statu peccati lethalis sacrosantas Sacramentorum functiones ministraverit, gravissimi Sacælegi reum fieri, passimque terribilia Divina vindictæ exempla hæc in te extant; nihilominus tibi, mi Christiane, ut omnem hac ex parte scrupulum exitimam, demonstrandum esse censeo, Sacramentorum virtuti, & efficaciæ ex improbitate Ministri nihil derogari. Et ita reverte res habet; quia Sacramenta non ex opere operantis, prout loquuntur Theologi, id est, non ex probitate Ministri, sed ex opere operato, id est, non

G g 3 me-



meritis Christi suam virtutem sortiuntur. *Quid est Apollo? quid vero Paulus?* querit gentium Apostolus (1. Cor. 4.) & sibi ipsi respondet: *Miseri enim, cui credidistis.* Et hoc argumentum ulterius profectus pergit: *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit, sed neque qui plantas est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dedit Deus.* Quibus verbis vult dicere: Ego per Evangelicam prædicationem semen Verbi Divini in corda auditorum inieci, dein Apollo superveniens hanc fidem plantam median- te Baptismo rigavit, Deus autem fecit, ut hæc planta radicem ægeret, cresceret, & germinaret: sicut ergo plantæ non obest plantantis improbitas, & semini bono nil nocet, quod sortidus manibus seminetur, ita ministrantis culpa non nocet Ministerio, quod totam suam vim Sacramentalem habet a Christo. Quemadmodum solis radius, etsi per sordidam lacunam transeat, non inquinatur; ita etiam virtus Sacramenti, licet per immundas impij Sacerdotis manus transeat, nulla tamen macula conspergitur, aut enervatur.

8. Lubet hanc veritatem speciatim in Sacramento Baptismi exemplificare? Pono ergo ex una parte baptizare sanctissimum Baptisum Domini Præcurso-rem, ex altera parte baptizare impiissimum Judam Domini proditorem, & dico: quamvis Joannes Baptista omnem vitam suam nulla gravi culpa commaculavit, & ad eum sanctitatis gradum ascenderit, ut teste Divino oraculo non fuisset inter natos mulierum; tamen ejus Baptisum fuit infernum & inefficax: Item quamvis Judas fuerit perversissimus Apostata, & in profundissimum inferni abyssum demersus sit, ita, ut teste Divino oraculo, melius ipsi foret, si natus nunquam fuisset; tamen ejus Baptisum fuit sanctum & sanctificans: Ratio est, quia Judas nomine & auctoritate Christi, a quo in Sacerdotem fuit ordinatus, non vero Joannes baptizavit. Non tibi videatur paradoxa hæc locutio, utpote, quam S. Augustinus tr. 5. in Joann. excusat, & defendit, inquit: *Non Judam Joanni, sed Baptisum Joanni, etiam per manus Judæ datum Baptisum Joannis, etiam per manus Joannis dato, præponimus.* Nunquam venit in urbem, ibique vidisti pretiosum fontem et marmore & metallo constructum, in quo limpidissima aqua e compluribus fistulis propullatur? observa ibi Faunos, Nereides, dracones, serpentes, & alia monstra, que aquam aperto rictu exhibent: quæto quis velle hanc lympham bibere? & tamen saluberrime bibitur: quare quia originem suam non habet in ventribus, & faucibus draconum, sed ex purissima fontigine, que per oculos meatus & canales procul huc advehitur. Par ratio est habet in Sacramentis; etsi Minister, si vitam illius spectes, sit faunus, sit draco, sit serpens, tamen Sacramentum, quod confert, innocen- tissimum, & salutare est, quia virtutem suam non ex meritis Ministri, sed ex meritis Christi accipit, & derivat. Sacerdos impius tam

bene baptizat, tam bene confecrat, tam bene absolvit, quam pius, & sic de cæteris Sacramentis. Non mihi fidem tribuis; tribue devotissimo Thoma Kempeni, in Vita Henr. Brun. cap. 7. qui hanc in rem sequentem enarrat historiam: In partibus Frisæ, cum Sacerdos quidam Matrona, que scelera illius bene noverat, intra se cogitare & murmurare: quid tu infelix facies? an putem te posse consecrare tam grande Sacramentum? Hæc illa, interim Sa- cerdos Sacrum agit, & confecrat: Et ecce! dum Hostiam consecramus elevat, videt Matrona in manibus Sacerdotis splendidissimum Infantulum. *Tota stupens, & perplexa finito Sacro adit Confessarium, exponit visionem, & pravo ad quem de Sacerdotis conceperat, opinionem.* Et ecce! reponit Confessarius: Hoc Deus pro tua salute seripserunt, ne de catero male de Sacerdotibus cogites, & licet sint indignæ vitæ, de vera consecratione dubites.

9. *Epilogus.* Age, mihi Christiane, hanc do- ctrinam bene memorie imprime. In Sacerdotibus, qui sunt ordinarii Sacramentorum Mini- stri, magna invenitur potestas. Et hanc dum cogitas, Deo infinitas grates repende, qui ex misericordie suæ abyssu hominibus ad purgan- das animas, ad extinguenda peccata, & ad salutem assequendam tam salutaria concessit remedia. In Sacerdotibus magna invenitur Di- gnitas! hanc dum cogitas, illis omnem reverentiam & honorem, tanquam patribus tuis & inefficax: Item quamvis Judas fuerit perversissimus Apostata, & in profundissimum inferni abyssum demersus sit, ita, ut teste Divino oraculo, melius ipsi foret, si natus nunquam fuisset; tamen ejus Baptisum fuit sanctum & sanctificans: Ratio est, quia Judas nomine & auctoritate Christi, a quo in Sacerdotem fuit ordinatus, non vero Joannes baptizavit. Non tibi videatur paradoxa hæc locutio, utpote, quam S. Augustinus tr. 5. in Joann. excusat, & defendit, inquit: *Non Judam Joanni, sed Baptisum Joanni, etiam per manus Judæ datum Baptisum Joannis, etiam per manus Joannis dato, præponimus.* Nunquam venit in urbem, ibique vidisti pretiosum fontem et marmore & metallo constructum, in quo limpidissima aqua e compluribus fistulis propullatur? observa ibi Faunos, Nereides, dracones, serpentes, & alia monstra, que aquam aperto rictu exhibent: quæto quis velle hanc lympham bibere? & tamen saluberrime bibitur: quare quia originem suam non habet in ventribus, & faucibus draconum, sed ex purissima fontigine, que per oculos meatus & canales procul huc advehitur. Par ratio est habet in Sacramentis; etsi Minister, si vitam illius spectes, sit faunus, sit draco, sit serpens, tamen Sacramentum, quod confert, innocen- tissimum, & salutare est, quia virtutem suam non ex meritis Ministri, sed ex meritis Christi accipit, & derivat. Sacerdos impius tam

In Festo S. Joannis Evangelistæ.

### CONCEPTUS VII.

De Dispositione requisite in susceptione Sacramentorum.

Vidit Discipulum, quem diligebat Jesu.  
Joann. 21.

*Sicut & Joannes se aliquando reddidit amore amore Christi, ita suscipiens præparare se debet ad gratiam Sacramenti, quia Sacramenta operantur secundum dispositionem suscipientis, que præter intentionem universaliter requisitam, diversa est in Sacramentis vivorum & mortuorum.*

**L**iberalitas & amor tam arcto foedere con- jungi invicem videntur, ut merito liberalitas illa amoris, & amor pariter liberalitatis dici possit videratur; etsi qui diligit, effusa remunerationum largitate solet honorari. Hujus rei experimentum habemus in Discipulo, quem diligebat Jesus, videlicet S. Joanne; in hunc enim Christum omnes gratiarum thesauros effudit, & quidquid suis fidelibus famulis gratiarum exhibuit,

buit, id omne in S. Joanne tanquam beneficium suorum compendio collocavit, dicens S. Thoma de Villanova, ser. 2. de S. Steph. *Omnes gratias & honores, quos per alios domus sua Jam- nensis spasm duxit, in hoc uno plebsu concentravit.* Hic est discipulus ille, qui in ultima scena sua per peccata Domini recubuit. Bone Deus! Ille Baptista & Præcurator Domini indignum se reputat, ut solvat Christo corrigiam calcame- nti: Thomas proripit, dum ejus vulnera tangit: Magdalena cum timore advolvit pedibus Christi, & Joanni licuit in domitico pectore requiescere, & alii discere altissima SS. Trinitatis mysteria, imo ex Christo indagare, quod alii interrogare non audent. Quæro quæ causa tanti amoris Christi in Joanne? quo merito adeo ra- puit Divini cordis affectum? An quia gloria Chri- sti in monte Thabor, aut ejusdem passioni in monte Calvarie interfuit? Respondeo, causa tanti amoris fuit in primis illibata illius Vir- ginitas, qua supra cæteros Apostolos excellit, & conscientia puritas, quam nullam unquam pec- cati labe contaminavit. Deinde etiam causa spe- cialis amoris fuit, quia in fide, spe, alisque vir- tibus ejus Salvatorem reliquis constantior, nullis unquam persecutionum procellis ab illo avelli potuit. Dilectissimi! Agimus de Sacramentis, declaratumque est ultimo, quod impro- bitas Ministri virtuti & effectui Sacramenti non obstat: obest autem (quod bene notetis velim!) obest indifferens suscipiens; sicut enim S. Jo- hannes per puritatem animi, cæteraque virtutes singulari favore & amore Christi fide dignum reddidit; ita ad recipiendum Sacramentorum gra- tiam prævio virtutum exercitio condigne dispo- ni & præparari debemus. Quæris, in quo con- sistat hæc dispositio?

1. *Propositio.* Id impræsentiarum explicandum erit: causa naturales operantur secundam dis- positionem passivi, sic ignis liquum aridum ma- gis arripit & accendit quam humidum: parem in modum se res habet in Sacramentis, conse- cratum de illis in prima parte declarabitur, quod magis aut minus producat gratiam secundam proportionem dispositionis. Secunda parte, quod ad hanc dispositionem in suscipiente requiratur aliqua intentio recipiendi Sacramentum, & quidem seria ac sincera. Tertio quod dispositio suscipiens alia fit in Sacramentis vivorum, alia in Sacramentis mortuorum, & quæ sunt si- milia. Attendite! Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* In primis explicandum venit, qua ratione, & qua diversitate Sacramenta pro- ducant gratiam secundam proportionem dispo- sitionis in suscipiente. Loquamur a simili, & imaginemur nobis in civitate ac pago fontem amplissimum, qui pro hominibus & jumentis a- que uberrime subministrat: accedunt ad hunc fontem decem persone aquas hauriunt, & quan- tum ex illis plurimum aque reportat? illa que

vas majus ac capaxius præ cæteris attulit. Sa- cramenta sunt fontes gratiarum, qui in salu- tem & sanctificationem fidelium uberrime flu- ant: accedunt milleni & milleni, qui autem cum uberius gratia, magisque sanctificatus re- cedit? qui animam suam per virtutum Theo- logicarum & moralium exercitacionem, atque per pia desideria magis dilatat. Et in hunc fontem S. Augustinus in Palm. 142. alloquitur Deum: *Quoniam tu es fons vite Domini, animam meam tanquam vas attuli; imple ergo, & lava me.* Utamur alia similitudine? Sed adeo est lu- minosus, ut ex se integrum mundi hemispha- rium illuminare possit, non tamen lucem suam communicat illi, qui in obscuro carcere sub- tus terram abstrusus jacet. Parem in modum licet Passio Christi, cujus infinita merita in Sa- cramentis continentur, & ex se sufficit ad sal- vandam universum genus humanum, virtutem tamen suam & gratiam non communicat, nisi illi, qui est dispositus & quantum est dispo- situs, prout docet expressè Doctor Angelicus & inquit, opusc. 61. ep. 17. de Dilect. Dei & pro. Sol licet semper, non semper tantum illumina- tur: Sic Deus semper est, non semper tantum illumina- tur: nisi recipienti est dispositio. Id quod S. Doctor 3. p. qu. 69. art. 8. alibi confirmat in Baptismo, qui in infantibus, quia equaliter sunt dispo- siti, equaliter effectum producit: in adultis vero, quia non equaliter se habent ad Baptis- mum, sed aliqui cum majore, alii cum minore devotione accedunt, ideo aliqui plus, alii minus de gratia vivitatis accipiunt. Idem contin- gere amat in aliis Sacramentis v. gr. SS. Eucha- ristia, quæ fit, ut quis unica communione decet, aut centes, imo milies plus gratiæ hauriat, ut quibusdam sanctis, & posthumum Desiparæ obijt, quæ alii repetita ejusdem Sacramenti frequentatione. In celebri illo con- vivio, ad quod Rex Balthazar mille optimates convocavit, & vasa aurea & argentea, quæ Pa- ter ejus Nabuchodonosor e templo asportaverat, profanati iussit, expressè & signate testa- tur Scriptura, *unusquisque libet secundum suam avaritiam.* (Dan. 5.) id est, secundum suæ natu- ræ capacitatem, appetentiam, ac corporis dis- positionem, quæ unus præ altero largius epula- ri & bibere potest: Idem in Divino convivio viventes, dum pro inutili justitie mentis dilata- tæ capacitate, pro ardeat interiori dispositione anus appetentia, ac melliori animi dispositione unus præ altero plus gratiæ a caelesti mensa reportat.

4. Atque ex hoc principio ajunt Doctores (Contest. de Euchar. disp. 79. ar. 2. An. 2. qu. 410 Item de Sacram. disp. 19. no. 24.) omino consulti- tum esse primo, ut homo Christianus post sa- cramentum Communionem non statim templo valedat, sed in exercitacione vivutum, fidei, adorationis, Religionis, amihilationis, alia- rumque aliquamdiu perseveret, quia cum Sa- cramentum institutum sit per modum nutrimentis, tandiu gratia augetur, quamdiu species inte- gra perseverant. Secundo ajunt Doctores con-



sultant esse, ut extrema Unctio conferatur egrotanti, antequam sanctibus destituatur, quia sic cum majori illam devotione, consequenter etiam cum majori fructu recipit. Pergamus ad alteram partem!

## §. I. I.

5. Hac dispositio in Sacramentis requisita generaliter & universim loquendo existit in suscipiente intentionem, quæ nihil aliud est, quam consensus seu voluntas suscipiendi Sacramentum; pertinet enim ad suam Dei Providentiam, ut nemini adulto Sanctificationis gratia nolenti obrudatur. Debet autem hac voluntas esse seria; si enim effectus facta, aut illusoria, Sacramentum non in utilitatem, sed in damnationem suscipiens, ob sacrilegium, & injuriam Deo illatum cederet. *Converti sunt in meum primum*, ait Psalmista. (*Psalm. 57.*) Quis est autem arcus pravus? respondeat S. Hieronymus, in Psalm. 57. est ille, qui dum in inimicos sagittas seculari putat, facta reprobatione ipsum sagittarium faciat. Talis arcus suat Sacramenta, cum prodesse non possunt, nocent. Nunquam audisti de Radbodo Frisum Principe? (*Baron. ad ann. Chr. 719. Sarius 20. Mari.*) fuit gentilis, dein a S. Wolfraimo Episcopo ad salvificam fidem conversus, jam in eo erat, ut salutare Baptismi lavacrum accedere vellet. Verum serio non egit; subsistit enim, interrogavitque sacrum Antilitem, ubi putaret plurimam partem Principum, & Nobilium gentis Frisonum reperiri? in calis an in inferno? Respondit S. Episcopus: ingrata forsitan erunt, o princeps, quæ ad hanc interrogationem refero; verum quia non licet dissimulata veritate blandiri, antecessores tui a peccatis ope Sacramentorum nunquam fuere purgati; ideo credibile est, illos omnes in inferno ardere. Hac audiens princeps, qui jam fontem confederat, retraxit pedem, fastuose subinferebat: Ergo & ego vestigia sequar progenitorum? malo cum Nobili Frisum gente in inferno, quam cum ignobilis Christianorum nomine in calis morari. Sic sanctum Prafulem facessere iussit, obstruente mentem, & ni ad saniorum mentem rediret, æterna supplicia committantem. Post aliquod tempus iterum, in utranque partem claudicans, princeps legatum misit ad S. Willibordum præfate gentis Episcopum, rogans fe penitentiam ductum in Christianorum numerum recipi. Verum quia Deus non irriteretur, & illi, qui mitentes manum ad aratum respiciunt retro, non sunt apti regno Dei, non meruit obtinere, quod sicque querat. Willibordus Dei famulus legatum indigno gaubunde habuit, hoc terribili responso remisit: Dux Vester prædicationem sancti Fratris nostri Wolfraimi contempsit, quomodo meum obsecrandum monitis? hac nocte vidi illam catena ignea religatam damnationem subire æternam. Cohoruit Legatus hoc responso, sed

verissimum expertus est; redix enim Ducem repente obitu defunctum invenit. En damnatum simulat intentionis! O utinam non inveneretur inter Christianos, qui eundem in morem illusorie agerent cum Deo, præsertim in SS. Penitentia Sacramento! sciunt ad impetrandam peccatorum remissionem requiri feriam voluntatem, rem iniuste partam restituendam, pro illatis injuriis satisfaciendum, ablatam famam compensandam, peccandi occasiones evitandi, cum proximo in gratiam reducendi, & tamen de nulla re minus quam de hac voluntate solliciti, accedunt ad sicrum tribunal, conscientia arbitro quid pro quo in aures blaterant, non aliam in finem, quam ut tempore Paschali suæ famæ consulat, pro bonis Christianis habeatur &c. de cetero in pristinis sceleribus obdormecentes parum curant, quod SS. Sacramentum nulliter ac sacrilege, ad animæ suæ perniciem usurpent. Jam ad tertiam partem!

## §. I. I. I.

6. Hac ipsa dispositio, de qua hæcenus egimus, particulariter & speciatim loquendo, alia est in Sacramentis vivorum, alia in Sacramentis mortuorum. In Sacramentis vivorum, uti sunt Baptismus & Penitentia, in adultis (in infantibus enim dispositionem supplet Ecclesia) præter intentionem requiritur fides, spes, & contritio de peccatis: Hac autem contritio non necessario debet esse perfecta, sed sufficit imperfecta, seu attritio, quæ nihil aliud est, quam dolere ob peccatorum segunditatem, vel ob timorem inferni & penarum propositio non amplius peccandi. In Sacramentis vivorum autem, quæ sunt Confirmatio, Eucharistia, extrema Unctio, Ordo & Matrimonium, præter intentionem, fidem & spem requiritur paritas conscientia, ab omni peccato gravi aliena, consequenter his Sacramentis vel contritio perfecta, vel si occasio confessionis non præparatio præmitti debet. An hoc est totum illud, quod Christus requirit ad condignam Sacramentorum perceptionem. Ita! hoc est totum illud. Nonne, mi Christiane, possum tibi jure merito inculcare illud, quod famulus olim suo Domino Naaman? præcepit illi Eliseus Propheta, (*4. Reg. 5.*) ut ad curandam, qua occupabatur lepram septies in Jordane lavaretur; cumque Naaman hujus remedio indignari, & tergiversari videretur, dixerunt illi famuli: Domine si Propheta rem arduam, & valde molestantem præcepisset, deberes illam amore valentius lubenti animo & ambabus manibus amplecti, quanto ergo magis obsecrande nunc oportet, cum Propheta nil nisi rem facilissimam exigat, qualis est, lavari in Jordani? Nonne, inquam, insipsum tibi exprobrare possum, mi Christiane, si Deus ad impetrandam peccatorum remissionem, ipsamque salutem petiisset, ut

cum sanctis Apostolis, cum sanctis Martyribus, cum sanctis Confessoribus, tormenta, & decemanos labores subires, deberes facere! quanto minus nunc congeri poteris, cum Deus ad tuam salutem rem adeo facilem requirat.

7. Ohe! inquis, non est res facilis, condigne præparari ad Sacramenta percipienda! ego sum homo secularis, & valde tepidus! conscientia mea est adeo arida & exsucca, ut mallem guttam ex pumice, quæ unam cogitationem bonam ex meo corde elicere! Condoleo vicibus tuis si vera dicis! Verum adverte: suggeram tibi motiva ac remedia, quomodo aridam, ut ais, & exsuccam conscientiam animare, atque ad sinceram Spiritus devotionem excitare valeas! Motiva autem te tenent ex parte Sacramentorum, & ex parte tui ipsius.

8. Ex parte Sacramentorum cogita hæc esse præstantissima, Divinitus instituta pharmaca, ex ipso Sanguine Dei Filii, quem in Redemptionis pretium pro toto humano genere in cruce effudit, preparata. Scis utique, Petrus Apostolus in Monte Oliveti interfuit orationi Domini, ibique vidit sanguineum sudorem tota Christi facie defluentem: *Factus est sudor ejus sicut gutta sanguinis decurrerunt in terram.* (*Luc. 22.*) Possimino Petrus in atrium pontificis delatus, Deum immortalis! quis credat? amaritudinem Magistram suam perdidit negavit, & in hac negatione ad tertiam usque vicem obfinito ac proflus læxæ corde perseveravit. Ultime autem accessit ad eum famulus, qui sanctum Petrum de discipulato & sequela Christi convicturus in lætem ei edixit: (*Joan. 18.*) *Nonne ego te vidi in horto?* Et ecce! stupendum prodigium! Petrus hac voce intimo corde tactus, uberrime flere; & extratio egredi: *Egressus foras flevis amare?* Quæ causa flentis, & inexpectate penitentia? nempe mentio horti, ubi Petrus Redemptorem sanguinem sudasse recordatus est, prout in hunc locum annotat S. Basilus iniquus in Evangel. hic. *Multa iustus causa fuit, nisi horti mentio, ubi Redemptor pro peccatoribus sanguinem sudavit.* En mi Christiane, tempore ariditatis, ut condigne ad SS. Sacramenta præpararis, cogita Divinum Sanguinem, quem Redemptor ex amore, in SS. his mysteriis conclusit: mirum erit, nisi cum Petro in lacrymis diffusus! Quod si hoc motivum non suffecerit.

9. Ex parte tui ipsius cogita magnam, & admirandam utilitatem, quam in SS. Sacramentis recipis. Anima tua per peccatum tantam contraxit seditionem, ut demonem referret, per penitentiam autem eam induit pulchritudinem, ut non modo Angelica, sed etiam Divina natura consors fiat, & quæ antea æternæ damnationis rea fuit, postea celestis regni hæres evadat. An possibile est, quod hæc utilitas animam tuam non rapiat, quæ rapuit ipsam demonem? Audi quid Galarius ap. Adrian. tub. cat. p. 3. inlr. 3. n. 4. enarrat: Diabolus Iormam venustissimi juvenis indutus aliquando accessit sacrum

tribunal, ibique turpissima & proflus enormia peccata confessus est. Sacer juxta tantam impietatem admiratus interrogat juvenem, cujus atatis esset? repositit ille, sum annorum plus quam centum aut mille! Quis ergo? sum infernalis spiritus: Ad quid ergo tua confessio? Stabam ego ibi in angulo, considerans penitentes in accessu ad confessionalem, & in regressu in accessu tam desolatos, ut vix non me fœdiores apparuerint: in regressu erant tam formosi, & Angelis similes, ut admirandum hæmet metamorphosis & virtutum Sacramenti Penitentia admirari decreverim confiteri, Iperans fore, ut & mea deformitas in tantam possit transire venustatem: enarravi hæcenus partem meorum peccatorum, si patientiam habuiss, narrabo & reliqua. Habebo patientiam, subintulit Confessorius, sed prius unquam actum ad Deum elices: Creator meus, doleo, quod te offenderim, da veniam peccatorum: Vah! non possum hoc facere: Ergo infelix bellua recede, & pro tua penitentia æternam in inferno arde: En! mi Christiane, diabolus ipse pro ea venustate animæ, quam Sacramentum penitentia conferit, libenter vellet ponere si posset; qua fronte ergo tu sanctissimum hoc remedium, prætextu nescio cujus difficultatis, declinare aut nauseare præsumas? Cogita hoc geminum motivum, amorem Christi erga te, & tuam, quam in Sacramentis capis, utilitatem, vadem me præbeo, non senties amplius difficultatem in præparatione Sacramentorum.

10. *Episcopus.* Ah! sentio in me tam inordinatas affectiones, tam congelatum spiritum, ut accedere ad sanctissimum non asum: scapulis nuge! Vel scis animam tuam ab omni peccato lethali immunem vel non? scio immunem! Ergo accede; erit tibi panis, non venenum: quia excellentissima illa præparatio, quæ consistit in perfectissimis amoris actibus, prout tu sompnias, non est præcepti, sed solam consilii. Non sum dignus! non sum dignus! Inanis exultatio, quia nequidem Angeli essent digi, si requireretur proportionata puritas ad illud, quod ibi recipitur. Non dependet valor & gratia Sacramenti a teneritudinibus & lacrymis, alias paucissimi valide reciperent Sacramenta; quod si animus tuus sollicita ariditate tepescat, ita ut me unam bonam cogitationem elicere possis, dic æternæ Patri illud, quod in similibus oceanibus dicere solebat Franciscus Sersphicus: Dominus Filius tuus venit ad me, & ego nescio, quid debam illi dicere: dic tu illi, te rogo, dic illi totum, quantum ego dicere deberem; nam ego solummodo toto corde, & optima voluntate respondebo. Amen.



In Festo SS. Innocentium.

## CONCEPTUS VIII.

De damno &amp; poenis certum, qui Sacramenta inhoronant.

Surge & accipe puerum & Matrem ejus & fuge in Aegyptum. *Mat. 2.*

Sicut Herodes Respōdit per eadem infantem, ita illi qui Sacramenta inhoronant Ecclesia &amp; sibi annuum infantem.

3. Merito crudelis infanticida Herodes, qui iuxta probatos auctores in circa quatuordecim paucorum millia interfecit, Dei & hominum implacabile odium sibi concivit; quia inmani facinori toti Ecclesia tam quoad statum sacrum, quam quoad politicum deplorandum & irreparabile damnum inulit. O quot infantes ad magnum virtutis apicem eluctati, & cum tempore statum sacerdotalem, ac Christi sequelam amplexi, cum Apostolis Evangelicam legem inter gentes disseminassent! O quot infantes ad litterarum adhibuit cum tempore artificum officinas, Advocatorum rostra, aut senatorum subsecula non sine insigni rei publicae incremento occupassent! Hanc omnem spem, & Republicae emolumentum Herodes sanguinolento facinore, quasi una ictu succidit; nec mirum id est in coronato carnifice, qui proprio sanguine non pepercit, sed tres filios Alexandrum, Aristobolum, & Antipatrum, conjurationis suspectos crudeliter interfecit; ita ut Cæsar Augustus ejus fœlicitatem false perstringens dicere sit solitus, *malem esse Herodis pœnem quam filius.* (*Cor. a Lat. in Matr. c. 2. v. 16.*) Verum non evasit impius lauro poenam crudelitatis suae debitam, nam eodem post eadem infantum anno a veribus, & pediculis miserandum in modum corrosus lenta morte contubuit. Non cathedram hostie conscendit, ut in Herodem sacerdoti aliis sunt etiam & Christianis, qui mihi bilem movent, Herodes si non malus, saltem detrimentum, quod Ecclesie inferunt, haud multum inferiores. Et quoniam illi Respondeo, sunt illi, qui de sanctissimis Sacramentis, quae nostrae justificationis & salutis instrumenta Divinitus data sunt, adeo nullam æstimationem concipiunt, ut Judæi & Turcae de sua circumfusione, & superstitiosis ritibus certo habeant majorem. Illi semi-Christiani grædo damnium irrogant Ecclesiae, tum quia gratias & beneficia Dei, quae mediantibus Sacramentis fuisse impetratura, illi præripunt, tum quia infidelibus anam dant nostra mysteria, ipsamque fidem criminandi & vilipendendi. Florentia Turcarum nonnemo aliquando Catholicae concioe interluit, quam egregius animarum Zelotes ad populum detonavit: Obtulit ille & dixit: O si Damasci mei patriæ unicuique haberent tam efficaçes suæ salutis remedia, juro hodie adhuc omnes converterentur. Quid

distulus quæso fuisset, si Sacramentorum virtutem agnosceret, et quæ signa vidisset distribui Sacrosancto Divini Redemptoris Sanguine sanctificata?

Quoniam autem sunt injuriatores Sacramentorum.

2. Proposito. Quoniam autem sunt illi qui exiguum, aut nullam Sacramentorum æstimationem præferunt? Sunt triplicis generis: Primo Negligentes, qui SS. Mytheria rarissimo, aut non nisi semel in anno, idque ex humano potius, quam Dei respectu suscipiunt. Secundo Irreverentes, qui SS. Mytheria ex intemperata ira, aut mala consuetudine iterato blasphemant. Tertio Inconscientes, qui gratiam in SS. Mytheria acceptam facile iterum prodigunt, & obligationibus ibi susceptis contraveniunt potius, quam satisfaciunt. In negligentibus, Irreverentibus, & Inconscientes erunt Ipeus hodierni sermōnis. Attendite Facite.

§. I. Sunt primo negligentibus qui vero Sacramenta suscipiunt.

3. Confirmatio. In primis de SS. Sacramentis, primariis salutis nostrae remediis, exiguum aut nullam æstimationem habent Negligentes, consequenter Deo & Ecclesiae grandem injuriam sibi autem non minus damnium irrogant, qui hæc sacrosancta Mytheria rarissimo, vix semel in anno, & etiam tunc tepide, luride, languide, ac deproperanter, sine sincera animi devotione, & ex motivis mere inanis suscipiunt: dico ex motivis mere inanis, quia sunt, ut non pro ethnico habeat, ut ostendam me esse Christianum, ut Ecclesiae præcepto aliquatenus satisfaciam, & quæ sunt similia. Vis scire, mi Christiane, a quo & unde hæc negligentia ortum trahat? Respondeo, ortum trahit a malo demone: quod Holofernes Assyrius (*Judith. 7.*) Bethuliam obsideret, ante alia omnia præcepit, ut in montibus circum circa, ex quibus fontium aquæ per occultos canales, & meatus in urbem fluebant, quæ ductus succiderentur: præterea putoque montibus vicinioribus numeroso milite custoditis, & sic obfessis omnem aquæ usum auferri præcepit. Et vero consulto in rem suam elegit hoc remedium; in eas quippe angustias conjecit obfessam civitatem, ut homines & pecora siti exarserent & ipse Ozias Sacerdos urbis dedicationem non ultra quinos dies differri posse putaret. Quid sunt sacra vasa Christi nisi uberissimi gratiarum fontes? quid sunt sacramenta, nisi aqueductus & canales, per quos & sacris Venerabilibus gratiarum aquæ in animas nostra perfluit? igitur infernalis Holofernes, ut salutare hinc influxum præpediat, incidit aqueductum, id est, inspirat homini Christiano SS. Mytheriarum nauseam, retinet illam a penitentia & Eucharistia frequentia, persuadet illi, hæc sacra remedia non esse necessaria, nec adeo utili.

(Enclau.)

(*Enclau. Granat. Syll. loc. com. class. 3. V. Sacrament.*) Et quid efficit his persuasionibus? Id efficit, ut omnes virtutes in tali homine arescere, languescere, & emori incipiant, atque ille, in quotidiano tentationum conflictu toties, quoties diabolus vult, se dedere cogatur. Vis aliam similitudinem?

4. In urbe Hierusalem apud Probaticam piscinam jacebat miserimus homo, jam triginta & octo annos habens in infirmitate sua, quia toto hoc tempore hominem non habuit, qui salutare piscinæ aquam illi applicaret. Quo morbolaborabat? paralyticus, quæ nihil aliud est quam spirituum vitalium per nervorum obstructionem interceptio, quæ ejusmodi homines adeo inhabitantur, ut nec manum nec pedem movere possint & demum vivi putrefactant. Quis ignorat, Ecclesiam esse corpus mysticum, cujus caput est Christus, cætera membra sunt fideles cuiuscunque status & conditionis, & quod in corpore physico sunt nervi, quorum obsequio caput omnia membra regit, movet & gubernat, in corpore hoc mystico sunt Sacramenta, per quæ Christus Dominus fidelibus suis caelestes gratias communicat: sicut ergo per obstructionem nervorum corporalis, ita per obstructionem, ut ita dicam, & neglectum Sacramentorum spiritualis animæ paralysis oritur, quæ homo ad omnem virtutis exercitacionem torpet, elanguescit, & tandem perit. (*Lodov. Granat. ubi supra.*) Cur autem & unde probatica piscina habuit prodigiosam virtutem sanandi omnis generis infirmos? (*Menech. tract. 2. v. 73.*) habuit ex eo, quia ad mentem quorundam auctorum in ea truncus ligni delituit, ex quo postliminio Crux Christi fuit fabricata. Parem in modum & ex eodem capite Sacramenta habent virtutem sanandi spirituales animæ morbos, quia gratiam cruce & passione Christi nobis promeritam continent. O quanto cum desiderio suspiravit paralyticus aquam piscinæ, & invenit sit Christianum, qui respuat, despiciat & negligat Sacramenta?

5. Vah! cum aliquando ad extrema mortis ventum fuerit, non negligam hæc sancta mytheria! O quam metuo, mi Christiane, ne te ipsum decipias! Post interfectum Aodaniam, Regni I Israhelici usurpatorem, auxilium est Regi Salomon, quod Joab, qui Aodaniam partes tenuit, metuens offensum Regem fugerit in tabernaculum Domini, & ibi apprehensus cornu altaris. (*3. Reg. 2.*) Salomon confestim misit Ananiam filium Joiadæ cum mandato, ut citra misericordiam illam sine respectu loci sacri obruncaret, quod & factum est. Mira res! Tabernaculum est locus misericordiae, Altare est asylum refugii, cur ergo miser Joab ibi mortem invenit? Nempe rationem assignat Doctissimus Baeza: tot annis vixerat, nec unquam legitur altare adire, in homicidiis, incendiis, rapinis totam vitam duxerat; justum ergo fuit, ut nullum in altari prædium inveniret in morte, quod antea nunquam in vita in honore habuit, *responsum enim illud tantum in articulo mortis, ait au-*

tor citatus, Tom. 5. L. 9. c. 5. §. 22. Vide, ne idem tibi contingat, mi Christiane! In decursu vite tuae vix altare, vix communionis, vix sacrum tribunal frequenter, Sacramenta suscipere renuisti, Sacramentorum & Altarium Ministris contempsisti, vanitates sæculi cæcæris, frequentior in populo, quam in templis: quid demum fiet? Metuo ne hoc fiat, cum nunc Sacramenta usurpare non vis dum potes, tunc usurpare non poteris, cum voles.

§. II. Dein irreverentes, qui illa blasphemant.

6. Alterum peccatorum genus, quod SS. Sacramentis gravissimum injuriam irrogat, sunt Irreverentes, illi videlicet, qui vel ex precipitantia ira, vel ex pessima, quam contraxerunt, consuetudine SS. Sacramenta blasphemant, & vix loqui, aut narrare aliquid sciunt, quin miliena ac millena spuant. O quam decemana hæc est erga Christum, & Ecclesiam ingratiudo! Dei Filius per omnem passionis decursum non legitur de ulla injuria aut verberum conquisitu fuisse, quam de alapa in domo Caiphæ, in qua coniectur licet, hæc alapa inter omnia tormentata, ut ut atrocia, fuisse Christo ignominiosissimam, & vix tolerabile. Percipite hujus rei rationem! quando orate Redemptore in monte Oliveti lictorum & satellitum turba in hortum irruebat, & velut lapi rapaces in Agam Divinum involare cooperant, Petrus indignum id ratur jussum domino exaginavit gladium, & vim vi repulsurus uni ministrorum, nomine Malcho præcidit articulum. Quid Christus ad hæc exprobravit Petro indifcretum fervorem, abscessitque articulum humi attollens eam vulnerata sanam integramque restituit. Jam transiens in domum Caiphæ! ibi cum Christus de sua gente, doctrina & regno interrogatus ad omnia modestissime responderet, hic ipse Malchus a Christo prodigiose sanatus crudeliter illi alapam inflixit. En! qua de causa malementissimus Dominus contra hæc alapam plus quam de cæteris tormentis conquisitus sit, quia videlicet tam enormem injuriam a nemine minus, quam ab illo cui paulo ante prodigiosa functionis beneficium exhibuit, expetisset, prout hunc in locum annotat S. Augustinus, tract. 78. in Joan. Christiane mi, loquamur serio & aperte! tu sanctissima Sacramenta gravissime inhoronant, & tanquam rem vilem ac contemptibilem injuriosissima pronuntiatione civis discursus committes, an peccis, quantum tibi beneficium contulerit? sanarunt te anima tenus! curarunt lethalia vulnera! confortarunt te contra inimici infidias! remisserunt peccata reum! clausurunt inferni, & reserantur tibi cæli! Januam! quæ ergo causa tante irreverentiae, aut melius dicam impudentiae? nonne hæc ingratiudo in Christum redundat, auctorem Sacramentorum, qui merito congeri potest: *Cur me edis?*

7. Di-



7. Dies fortasse: Non id ago, ut SS. Myſteria deſpicatur habeam, ſed juſtum metum ſubſatis incutiatur, utque illi ſciant rem ſerio agi: Privola & vix non ipſo deſpecto peior excoſtatio! Itane Verbum Divinam ſanguinem ſuadet, crucem conſcendit, mortem perſulit, & horum omnium meritum in Sacramentis conſiſtit? an ſerviant ad terribilimenta famuloſum? an imperantem bilem expuere non potes, niſi in ſanctiſſima vaſa ſanguine Redemptoris repleta? quaſi vero non ſuppeterent alia verba ad familiares in officio continendos! Quæſis quid igitur factu opus ſit? Generoſiſſimus David gladium, quo antagoniſta Goliath caput amputavit, in tabernaculo repoſuit, in dignum eſſe ratus, nobile ſtrumentum, quo glorioſam victoriam reportavit, & populum Iſrael in libertatem aſſervit, in loco proſano aſſervari. Sacramenta ſunt arma & ſanctiſſima ſtrumenta, quibus diabolum vicimus, & in libertatem Dei aſſerimus vulnus, cave ergo, ne illa in loco proſano: volo dicere, in actionibus proſanis, in diſcuſſibus, in contractibus, ſed ſolum in tabernaculo, id eſt in templo pronuncies.

§. III. Denique incontinentes, qui vita & moribus contradicunt.

8. Tertium denique peccatorum genus, qui ſanctiſſimis Sacramentis grandem injuriam non ſine ludu Eccleſiæ faciunt, ſunt *Incontinentes*, intelligo illos, qui SS. Myſteria ſatis quidem temporibus frequentant, ſed ſine fructu & emendatione: accipiunt gratiam in Sacramento Confirmationis, & tamen in rebus fidei ambidextri, cum Lutheraniſi lutherizant, cum Catholicis catholicizant, accipiunt gratiam Sacramenti Matrimonii, & tamen in domeſticis belis inſtar Iſonum & tyſpidum viditantes, proles ſuas velut bruta educant. Accipiunt gratiam Sacramenti Poenitentiae, & tamen in prima ſcelera eodem adhuc die relabuntur. Accipiunt gratiam Sacramenti Eucharistiæ, & tamen adeo ab omni perfectione Chriſtiana alieni ſunt, ut potius de die in diem deteriores ſiant. Contra id genus peccatorum graviffime conqueritur Divinus ſanguis in Sacramentis contentus: *Sicut aqua effuſus ſum: (Pſalm. 21.)* Nota mi Chriſtiane: ſicut aqua: cum oleum, ſuccus, aut bellamum effunditur, ſaltem color odor aut ſapor in vitro remanet, quin imo effuſio pro intentionum habetur, & cura impenditur ut quantum fieri poteſt, effuſum colligatur. Verum aqua effuſa nec odorem, nec colorem, nec ſaporem reſtaquit, præterea adeo nemini curæ eſt effuſum colligere, ut libere ac cum iſta pedibus conculcetur. (*Corin. in Thſal. 2. 21.*) Eandem ipſam injuriam ſuo ſanguine arroganti deſpiciat Salvator, quia à multis Chriſtianiſ in SS. Sacramentis uberrime hauſtus & uſurpatus adeo nullam emendationis effectum, nullam morum moderationem, nullam cum proximo concordiam relinquit, ut illi quotidie pe-

jores, ſæculi potius genio, quam Chriſto ſe conformet, & denique ita vivat, ac ſi nullum unquam Sacramentum reſcepſiſſet. O mi Chriſtiane, quam periculoſa res tua ſunt loco cum pharmaca ſaluberrima, quæ multis ad valetudinem recuperandam proſequerunt, uti ærotiantiam omnino nihil proſunt, & ille quotidianum in pejus vergat, quid dicit Medicus? dicit de ægro tante deſperatum eſſe! Et ego quid dicam de te?

9. Imo vero quid de SS. Sacramentis, tamquam præcipuis fidei noſtræ myſteriis dicant aut ſentiant inſideles & hæretici, qui ad mores noſtros, & omnem vivendi rationem velut centoculi Argi attendunt? proſecto illi tanquam inania ſigna contemnant. Platarchus ap. Le ſeun. p. 6. conc. 20. in concluſ. enarrat de Stratonico Philoſopho, quod mundi viſendi cauſa varias provincias peragrans in urbeim deveniret ubi incolæ, qui pallidis ac cadaveroſis vultibus inſtar ſpectrorum apparebant, uno eodemque fonte utebantur. Sineſta Stratonicus, accedente ad fontem ſciſcitabatur ex adjuvante hominum corona, an bona ac ſalubris eſſet hæc aqua? Reſponderunt illi: eſt utique; nos omnes hæc & non alia utimur: ergo ſalubris eſſe non poteſt, ſubintulit Philoſophus; id enim eſt pallidis faciebus, & inſirma veſtra valetudine fatiſ conſicio. Eundem in morem inſideles ac hæretici Sacramentorum valorem & efficaciam ex effectu arbitrantur, & quia in Chriſtianiſ nullam emendationem perſcipiunt, putant aquam in his fontibus fluentem non ſolum non eſſe ſalutarem, ſed omnino noxiam. Dicunt cum riſu & cavillis, Hem! Chriſtiani gloriantur, ſe habere remedia ſanctitatis efficaciffima, & nullam proſus ſanctitatem ſperant: putant ſe in Confirmatione roborari in fide, & vitam vivunt ſed fidei proſus contrariam: dicunt ſe in poenitentia abſolvi a peccatis, & tamen in omnia ſœclera prona, in eſu & potu imtemperans, in contractibus inſidi, in converſatione immoderati, in loquela Curriſſes & ſcandaloli. Jactant ſe in Euchariftia paſci carnis Agni immaculati, & ſunt luxurioſiores, quam nos, qui nullum unquam Sacramentum recepimus. En mi Chriſtiane, ſe argumentantur Heterodoxi, male quidem, verum eſt; ſed & verum eſt, quod tuo tepido, & peccaminolo vivendi genere anſam præbeas huic argumentationi.

10. *Epitologus.* O quam intimo animo aſſiſſet Chriſtum Dominum hæc Sacramentorum viſiſpenſio, quæ illi immenſo laborum, & ipſius ſanguinis impendio conſtituerunt! O quantum lugebit Eccleſia, cum ex ea parte contemni te experitur, unde maximam ſperare poſſiſſet gloriam & incrementum. Mi Chriſtiane, diſſe meliora ſapere, & ex animo incipe averſari ſiſtum, quam tibi deſcripto *negligentiam*, qua multum Sacramentorum gratiam adeo non peſſi habent, ut ea vix ſemel in anno, & etiam tunc ſatis perſuſorie & deſperanter uſurpent. Incipe |

Incipe averſari illam *irreverentiam*, quæ multi SS. Myſteria in diſcuſſibus, in negotiis, & præſertim in ira intemperantia impudenter blaſphemant. Incipe averſari illam *incontinentiam*, quæ multi ob immoderatum, & diſſolutam vitam, rationem ſanctiles ægemonias cavillandi & conſpiciendi. De cætero certus eſto, Sacramenta ſunt fontes ad lavandas animas noſtras, vè nobis ſi non munderit! Sacramenta ſunt theſauri pretioſiſſimi ad locupletandas animas noſtras, vè nobis ſi non diemur! Sacramenta ſunt medicinæ ſalutares ad ſanandas animas noſtras, vè nobis ſi inſirmi maneamus! tandem Sacramenta ſunt quinque illa talenta, cum quibus negotiari, & aliterum tantum redigere debemus, vè nobis ſi lucrum non faciamus! Ah! Deus faxit, ut audiamus illud: *Exige ſervo bone: & non illud: Miſcite eum in tenebras exterioris.* (Matth. 25.) Amen.

In Feſto Circumciſionis Domini.

CONCEPTUS IX.

De Sacramento Baptiſmi, cuiuſque neceſſitate & privilegio.

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer. Luc. 2.

Circumciſio tyſus eſt baptiſmi, qui homini neceſſarius triplex in ſinem.

1. **E**N mi Chriſtiane, hodie Incarnatus Dei Filius jam incipit profundere primitias illius ſanguinis, qui omnem SS. Sacramentis virtutem, & ſanctificandi efficaciam contulit, prout hæcenus explicatum eſt: Redemptor noſter non ſolum ante octiduum in ſtabulo naſci, & humanæ naturæ infirmitates aſſumere, ſed poſtquam conſummati ſunt dies octo, (Luc. 2.) etiam Moſaice legis jugum ſubire, & circumcidi voluit. Sed nunquid Chriſtus fuit ſanctus ſanctorum? nunquid fuit omnium gratiarum origo? nunquid fuit Deus innocentiffimus, & ab omni peccati umbra alienus? De hoc non eſt dubium: cur ergo circumciſionem, quæ in peccati originali remedium inſtituta fuit, admittere voluit? Angelicus Docteur p. 3. q. 37. ar. 1. ex S. Cypriano, & Auguſtino dat varias rationes! Dicit Chriſtum circumciſum eſſe, ut obſtenderet veritatem carnis humanæ, contra M. nicheum, Valentinum, aliſque hæreticos docentes, Chriſtum habuiſſe corpus phantſiſtum, & impaſſibile. Dicit Chriſtum fuiſſe circumciſum, ut comprobaret ſe de genere Abrahæ, qui circumciſionis mandatum in ſigum fidei, quæ de Deo, & Chriſto habuerat, accepit. Dicit Chriſtum fuiſſe circumciſum, ut Judeis tolleret excoſtationem, ne eum reciperent, ſi eſſet incircumciſus. Dicit Chriſtum fuiſſe circumciſum, ut, quia in ſimilitudinem carnis peccati advenerat, remedium, quo caro peccati mundari conſueverat, miro

obediencie exemplo non reſpiceret. Dicit denique Chriſtum fuiſſe circumciſum, ut legis onus in ſe ſuſcipiens, alios a legis onere liberaret, juſta illud Apoſtoli: (Gal. 4.) *Miſe Deus Filium ſuum factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Venerat hæc Angelici rationes, propinquius tamen ad meum propoſitum loquitur S. Auguſtinus, inquit: *Chriſtus ſuſcepit circumciſionem, ablaturus circumciſionem iſſam: ſuſcepit umbram daturus lucem: ſuſcepit figuram, impleturus veritatem.* Sed cujus rei umbra & figura ſuit circumciſio? Reſpondet Cornelius a Lapide in Gen. c. 17. *Circumciſio tyſus fuit Baptiſmi.* Sicut olim circumciſio, ita nunc Baptiſmus eſt primum Sacramentum, & initiativum vere Reſtiſionis, eluſque publica profeſſio, nec non adoptio & adſcriptio in Eccleſiam Dei; & ejus juſta ac præmia; proinde ſicut olim in circumciſione, ita & modo in Baptiſmo novum nomen imponi ſolet.

2. *Propoſitio.* Quæ in ſinem autem loquitur illa? Dilectiſſimi, poſtquam materiam de Sacramentis in genere abolivimus, tranſeundum jam eſt ad Sacramentum Baptiſmi in ſpecie, & ante omnia agendum de illius neceſſitate, & privilegio, quæ nobis conſert. Eſt autem Baptiſmus ex inſtitutione Divina nobis triplicem in ſinem neceſſarius: Primo, ut nos adoptivos Dei Filios: ſecundo, Sacramentorum omnium capaces: Tertio, regni caeleſtis heredes efficiat. En materiam! in tripartitam materie diſtinctionem. Attendite: Favete.

§. I. Primo, ut illum adoptivum Dei filium efficiat.

3. *Conſermatio.* Baptiſmus eſt neceſſarius, ut hominem ex mancipio diaboli, in cujus ſervitutem per peccatum originale incidit, filium adoptivum Dei efficiat: *Dedit eis poſterum Filios Dei ſeri.* (Jo. 1.) Lex humana invenit remedium, quo parentes ſteriles deſectum prolum reſarcire valeant, nimirum adoptionem exterorum, quibus tanquam a ſe procreatis omne hæreditatis jus conſignat: verum quod homines propter neceſſitatem, hoc Deus per admirabilem amoris exceſſum fecit: quia cum tantum tantum habuit Filium, tantopere nos amavit, ut nos in filios ſuos, & Chriſti fratres adoptaret. Hæc adoptatio inter homines merum tantum nomen eſt, nihil novi in perſona producens: verum adoptatio noſtra in Dei Filios, non tantum filiorum nomen, ſed ipſam quoque rem nobis impertit, ita, ut anima baptizata admirando proſus privilegio digna poſit: *Filia Dei ſum magis proprie, quam homo terreni patris filius!* Soror Iſum Jeſu Chriſti, Iſum templi, thronus, ſponſa Spiritus Sancti, hæres Iſum paradyſi, meum eſt regnum celorum, & meum erit in æternum, ſi non voluntarie aliquo peccato illi renunciem! *Videte,* inquit S. Joannes c. 5. *qualem charitatem dedit nobis Pater, ut ſiſſi Dei nominemur, & ſimus.* Scitis, qua idea ſelicitem eſt modi animæ Baptizati mini repræſentem?



4. Carolus V. Imperator morti vicinus (*Familia. Synodo Belg. l. 10. An. 1578.*) accito ad se Philippo II. Hispaniarum Rege detexit ille Joannem Austracum, filium suum, quem fortis & originis suae ignarum clam apud Aloysium Guiscardum, rei venatoriae praefectum alijusserat, praecipitque ut hunc ad se puerum advo- casset, eumque non minus cura, & charitate filium quam sanguine germanum fratrem haberet. Philippus Rex duos adhuc annos a Caesaris obitu expectavit, quo interim Carolus filium Hispaniarum princeps adoleveret, tum Vallisoleto venandi gratia magno nobilitate comitatus profectus, praecipit Aloysio, putatissimo parenti, ut apud Torsolum montem cum Venatori grege, & ipso etiam Joanne compareret. Comparuit Guiscarda, & Rex cum alicuior equitatu haud diu abfuit: illico Joannes cum suo, ut parabat patre, ex equo desiliens Regem, ad id officii decore compositum, de genu venerabatur, quem Rex manu e terra ar- tollens, num satis noster juvenis, blando vultu ajebat, num satis noster, quo parente sis geni- us? quo dicto mox Guiscarda coram juvene in genua prostravit, & manum ejus excolatus paternae pietati renunciare, & se in illius gratiam, quem haecenus filii instar habuerat, sup- pliciter commendare coepit. Oblupuit puer rei novitate, & dubius num eum, quem haecenus patris in vicem coluerat, amittere vellet, vix non ludibrio se haberi metuebat, tota etiam auxilio suspensus expectatione animis hujus scena ex tum praestolabatur. Tum Rex: Maeste ani- mus puer, pranobilis viri filius es, Carolus Im- perator, qui calo degit, utriusque nossum pater est: in que verba puerum fraterne comple- xus, Regis insignibus, torque & annulo orna- tum in equum reposuit, iustitiae illi famulus accedere, ea, quae sanguinis Austracii, & Caesaris prolem deceat, veneratione servituros. In- terim venatorum clamore late campus personabat, nec minor erat procerum plausus, qui diem illum fastosum Regi, fastum novo Regis fra- tris certatim gratulabantur, quo Rex ipse so- litus est dicere, nonquam se jucundiores ve- nando praedam, quam illa die domum reverti- se. In hac historia mihi represento animae, quam per Baptismum acquirit, felicitatem: o hunc extracta, toti calo ignota & ignobilis, imo per peccatum originale ad mancipium diaboli relegata, subito a supremo cali terzae que Monarcha in filiam, in amicam, in sociam Regni caelestis recipitur, annulo & ornatu regi- bus decoratur, atque principibus, qui cum Chri- sto aeternaliter regnant annumerata, Anglos- rum custodiam commendatur: quo quae, si suam ipsa felicitatem appetit, quo quae, si suam ipsam gratitudine satis potest illam admirari? De Platone dicitur, eum quotidie Deo gratias referre, qui Graecus & non barbarus natus esset: Qui quomodo prius Christianus Divino Patri quotidie gratias referret, quod eum non barbaris, non Mahometanis, non Judaeis, non

gentilibus, sed consortio Sanctorum, in salvi- ficis Ecclesiae gremio aggregaret. Ea mihi Chri- stiane, eadem die, eadem hora, eodem tem- poris momento, quo natus es, in Asia, in A- frica, in America, provinciis infidelium res- titutissimis, nati sunt milleni & milleni, ex- defectu Baptismi, & verae fidei aeternum perit- cur te pra omnia aliis Deus ad tam beatam sortem elegit? Quid in te praevitit tanta gra- tia dignum? Cur animam tuam potius corpo- ri a delibis, quam ab infidelibus nascitur- univit? Ah! plaudite, exulta, tibi ipsi gratula- re, & Deo infinitas gratias repende; quia hu- jus rei ratio non alia est, quam immensus, & illeque gratuitus Dei amor, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in laudis. (1. Collosi- cor. 12.)

§. II. Secundo, filium Ecclesiae & Sacramentorum capivim.

5. Baptismus est necessarius, ut nos Sacra- mentorum capaces efficiat, hac altera pars est sermone. Mentis illi adhaec, quod ante ali- quot dies explicavi? Sacramenta sunt in mys- tico Ecclesiae corpore quasi nervi spirituales, quibus mediantibus Christus, qui corporis hu- jus caput est, membra regit, gubernat, illi- que caelestes gratiarum influxus communicat: ergo membrum corporis hujus mystici fit oportet, qui mediantibus Sacramentorum nervis gra- tiam Christi vult recipere: atqui per solum Baptismi Sacramentum tanquam spiritualem na- tivitatem efficiunt membra Christi, consequen- ter non baptizati, veluti non dum nati, & qui huius corporis membra non sunt, Sacramentorum eorumque effectuum capaces non sunt. Accedit quod ad quavis Sacramenta percipi- enda praerequiratur lumen Christianae fidei, quod in anima non accenditur, nisi per Bap- tismum. Hanc incapacitatem percipiendi Sa- cramenta in his, qui baptizati non erant, Deus nonnunquam prodigiosis eventibus demonstra- vit, voluitque, ab illis ullum Catholicam Reli- gionis exercitium peragi posse. In Provincia Lusitiae adolescens quidam (*Annal. Minor. An- no 1234. nu. 16.*) tam litterarum studijs, quam morum probitate adeo excelluit, ut dignus vi- sus sit in Seraphicum S. Francisci Ordinem suscipi. Erat Regularis disciplinae studiosissimus, uno tamen eoque gravissimo laborabat malo, non sine desperata animi afflictione: nimirum cum Christi corpus in Sacrificio elevabatur, non poterat sacramentum hostiam videre, & intue- ri. Re collata cum prudentibus viris, non poterant illi perferantur mysticis oculis, in originem donec sensor & peritor aliquid in eludendis diaboli artibus interrogavit: cuius effectus, & an sacro Baptismate fuerit intinatus? Respondit ju- venis, ex Africa se esse oriundum, & licet pa- rentes haberet Christianos, nescire se tamen, an illis liceret inter Sanctos baptizari. Consilio Superiorum deo sacro latic tinctus est ju- venis,

venis, quo accepto protinus ablatus est oculo- rum velamen, potuitque, quod antea non po- tuit, augustissimum Sacramentum cum animi la- titia intueri. Hinc simillimum est, quod sequi- tur: In eadem Lusitiae provincia frater quidam non minus probus, quam erga omnes obsequio- sus, (*Annal. Minor. ib. nu. 17.*) recitanda orationi Dominice omnino erat inepsus, quippe expedi- tae alias linguae, oraturus impeditam experie- batur. Miffus ad Ministrum Generalem, ad reat- um, quem habere occultum, explicaret, in via venit ad aliquod sui Ordinis conobium, ubi sanctus quidam Dei famulus adventanti be- nedixit. Et ecce! hanc benedictionis vim frater sustinere non valens, tanquam amens volu- tabatur in terra, & collisio sapienter ad partem capite copiosum sanguinem emisit. Interrogatus tandem ab eodem pio viro, ubi natus, & an baptizatus esset? respondit, illud se scire, quod illegitimo thoro natus, & ab aetere expositus esset, de caetero nihil se de Baptismo sibi collato unquam inaudivisse. Decretum igitur fuit, ut baptizaretur, diffiduler quidem, & non si- ne oculo luctamine accessit ad sacrum fontem, ubi amem mysteriosa ablationis benefi- cium accepit, statim soluto linguae vinculo, perfecte in precibus horariis, & oratione Do- minica Deum benedixit. Omitto plura, scitu minus necessaria, & pergo ad tertiam partem.

§. III. Tertio a heredem regni caelestis.

6. Baptismus denique est necessarius, ut nos Regni caelestis heredem efficiat, quae hereditas absolute a gemine, sive sit infans extra vel in- tra uterum maternum existens, sive sit filius Christianorum vel barbarorum, sive hanc obli- gationem sciat aut ignoret, a nemine, inquam, absolute sine Baptismo obtineri potest, quia la- ta est irrefragabilis lex: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. (*Joan. 3.*) Impedimentum autem fere culpa, quae a regno Dei hominem non bap- tizatum excludit, est peccatum originale, quod a protopropete, tanquam humani generis mo- rali capite perpetratum, in nos quoque infeli- cius gentioris filios ac nepotes, usque in finem mundi nasciturus perpetua derivatione propa- gatur. Noverunt aliqui artem, omnes arboris fructus intoxicandi, venenum radici inferen- do; tam perniciosa arte usus est infernalis ini- micus: induxit primum parentem ad transgre- diendum Dei mandatum, & sic lethale toxi- cum radicis immisit, eos effectum, ut si in aeternum duraturus esset mundus, in aeternum quo- que homines hoc veneno infecti nascerentur, & nisi salutifero Baptismi fonte abluantur, aeternum interirent. In aeternitate octo folium animae salvae factae, caeterae omnes nume- ro innumerabiles, abique ulla commiseratione, aut dispensatione submerse sunt: Eundem in morem sicut Arca, ita salvat Baptismus, adeo, ut omnes, qui per Baptismum Ecclesiam non

ingrediuntur, indispensabiliter pereant, dicen- te S. Petro Apostolo: *Quis anima salvus factus su- vit per Arcam, & vos quoque similis forma sal- vos facit Baptismus.* (1. Petr. 3.) Placeat aliud argumentum?

7. Unigenitus Dei filius sicut juxta legem Mosaicam circumcidit, ita & juxta legem Chri- stianam, quam ipse erat promulgaturus, bap- tizari voluit: a quo baptizatus est 2. a S. Joanne Baptista? ubi? in flumine Jordane, haud pro- cul ab urbe Jericho. (*Matth. 3.*) ubi filii Israel Duce Josue hoc flumen a Deo mirabiliter di- visum sicco pede transierunt, sicutque Jordanes ex contactu sanctissimi adeo sanctissimi, ut illius aequaeque in hodiernam diem, si in va- se adferrentur, nunquam corrumperant aut com- putrescant, prout expertam fuisse testatur Il- lustrissimus Nicolaus Radzivilius ap. Cornel. a Lap. in Matth. 3. 14. Verum non hoc est quod admiror, sed illud quod facer textus affirmat, nimirum quod durante sacra Baptismi adione calii aperti sint, & vox divinitus audita: *Hic est Filius meus dilectus!* qua de causa calii aperti sunt? quem in finem? Respondet Doctor An- gelicus p. 3. qu. 39. ar. 5. *Calii aperti sunt, ut vis calidus Baptismi incurrerit, scilicet per eum ho- mines ad calum vocari & quasi manducari.* Nota, mi Christiane, quod in Baptismo Christi con- tigit, idipsum hodie dum contingit, ut vis ca- lestis hujus Sacramenti significetur! O utinam dum infantis Baptismo adflatus, oculos habere- mus sanctorum, videremus calum aperiri, quod antea adamantinis velibus erat obser- vatum! utinam dum infantis Baptismo adflatus aures haberemus sanctorum, audiremus vocem, *Hic est filius meus dilectus*, hic infans, qui paulo ante maculae originalis feditate conpar- catus larvam infernale referbat! Fingamus autem abesse, aut nulliter confiteri Baptismum, non aperientur calii, non audietur vox.

8. Quid ergo? si indispensabiliter necessarius est ad salutem Baptismus, quid sentiendum est de gentiliis hominibus literatissimis, de Regibus, Principibus, & Philosophis doctissimis, & ad omnem morum modestiam compositis, qui Republicas gubernarunt, prudentissimas leges sanxerunt, iustitiam, temperantiam, ceteras virtutes in gradu longe excellentiori quam Christiani possederunt, an de his omnibus creden- dum est, eos defectu Baptismi perisse? Credendum est, pessime, nisi forsitan per acci- dens, id est per Baptismum hauritis salutem consecuti sunt, prout infra explicabitur. Ita- tudes docet, etque hac veritas adeo indubita- ta, ut cum Deus vel e vice Bonitatis abyssis, vel ad instantiam Beatissimae Virginis aut San- ctorum, eum vel alterum salvare voluerit, id facere non poterit, nisi dispensata mortis ac- naturae lege illum ad suscipiendum Baptismum ad vitam revocavit. Lubet unum aut alterum hujus rei exemplum audire? S. Antonius Ar- chiepiscopus Florentinus ap. Ardiam intrit. de Bap- tismi.



Baptisii & alii Doctores referunt, quod, cum aliquando agricola aliquis terram aratro perderet, viderit et terra profunde linguam humanam, adeo vegetam & rubicundam, acsi viva in ore hominis exileret. Hanc cum se alloquentem audiret, substitit stupens, & attonitum, mox resumptis sensibus interrogavit, quis es tu? cum lingua aliquid gentilis, qui ante multos annos in hoc loco sepultus est! vixi in paganismo, & officio alicujus iudicis persutus, quavis veri Dei cognitionem non habuerim, tamen tanto pro iustitia zelo ardebam, ut nunquam sententiam protulerim, nisi iustitiae exactissime conformem: in pramium huius virtutis, nisi tantum naturalis, Deus animam meam in hunc usque diem miraculose in hac lingua conservavit, ut Baptismi capax ab infelici atque terribili damnationis rogo liberer. Itaque rogo te, festina quantocius, & hac dicta Episcopo refer, ut veniens me baptizet: Signum huius veritatis hoc erit, percepto Baptismo in cineres resolvar, & anima mea in calum evolabit. Accurrit agricola, & reulit omnia Episcopo: quo audito Episcopus plenus admiratione cum toto Clero & civitate properavit ad locum, in quo lingua haecbat: Episcopus vocatus ad hanc linguam prodigiosam format quaedam, ad quas omnes illi articulate responderunt, tandem habitis omnibus ad Baptisium requisitis baptizavit illam, quo praesto lingua in momento in cinere redacta est. Anno 1588. Elizabetha Joannis Ferini conjugis foetus, (Rop. Hist. part. 1. c. 41. de mirac. B. Virg. Cervoijis) quod mortuus ex alvo materno prodidit, in remoto horti margine delosus fuerat: jamque dies decimus septimus agebatur, cum mater dolore animi mitigato id unum nova spe concepta a marito exortit, ut infantis corpusculum effoderet, hac lege, ut, si computruisset relinqueret, si retaret integrum, affumeret, forte spe haud dubia ut Beatissima Virginis ope vitae resuscitaret. Parens ille uxoris importunitis precibus, incorruptum reperit adfertur ad matrem: hac iter ad virginem Cervoianam ingreditur, cui a fonte nomen est, a fonte inquam vitae, qui enim eam invenit, invenit vitam, & haurit salutem a Domino. (Proc. 8.) Vix ibi depositus infans jacuerat, mox roseo colore in genis tingi, calere, respirare, alicaque vitae signa praebere incipit. Baptizatur ergo cum summa letitia, perstititque vivido formoso colore, donec ex ditione Cervoianae venit, cum vero sensum pallescere, & quo longius a vitae fonte abire, eo propius morti occurrere videbatur: tandem inter mortales esse desit, coelitis convicturus. Refert Pierius l. 16. cap. de ephem. in quibusdam Britanniae majoris insulis nasci in arboribus praefragas, piliarem in forma, quae si in aquas prae-fluentes decidunt, in plumatas nivei coloris aves commutatur, & in liberum aeterni volant. Quid fuit animae a Christo redemptae: nisi fructus arboris Crucis? quod si in aquas

verpissimales decidunt, mundae & albicantes verpissimales calum evolant.

9. Epilogus. Nota mihi Christiane, hanc praesumptum de necessitate Baptismi doctrinam, & Baptisium necessarium est, ut nos adoptivos Deos efficiat: Baptisium necessarium est, ut nobis in gremium Ecclesiae, & in populi electi numerum adscriptis capacitatem ad recipiendam alia Sacramenta tributur. Baptisium necessarium est, ut nobis a peccati originali sortibus ablatis calum aperiat, & aeternae beatitudinis hereditatem consignet. Errat qui quis sine Baptismo salvari sperat! Quid autem ex his omnibus ad nostram doctrinam & emendationem sequitur? Sequitur verissimum esse effatum S. Gregorii Nazianzenensis dicentis Orat. 4. in S. Baptisium: Baptisium est omnium beneficiorum praecipuum & praecipuissimum. Itaque duo sunt pro coronide, quae a te hodie, mihi Christiane, requiro? Primum est, ut natalem tuam, quo tu regenerationis Sacramentum recepisti, sancta cum letitia celebres, Deumque inibiis laudibus, gratiae animi memoria celebres, qui non alia de causa nisi ex fide Baptisio abipio te in sacrificia Ecclesiae gremium, relicti millennis ac millenis alii misericorditer vocavit! exclama identidem cum S. Augustino ap. Barz. ser. 10. §. 6. Video innumerabilibus hominibus nugarum, quod mihi gratulor esse concessim! Alterum, quod a te requiro, est, ut perpendas, quanta privilegia ac prerogativas in S. Baptismo Sacramento receptoris, & dignas adoptivo Dei filio, & calli haerde cogitationes coaccipias. Quis principis filius, de arandis aut feminandis agris, aut de ludu puerorum & nugis nugarum cogitat? certe nullus! sed omnia animi sensa ad regimen populorum, ad hostium victorias, & generosa facinora exporrigit: Principes ea, quae digna sine principe, cogitabit. (Hic.) Et invenit sic hominem Christianum, qui proventibus terrae, suavit gloriae, sensum voluptatibus, & perituris mandis crepundis cogit & effatum aliger? cogitent Italia Juda, cogitent Mahometani, cogitent idololatrae: tu ad aeterna & aeterna annuam eleva! sursum corda! filius Dei es! membrum sanctitiae Ecclesiae es: haeres regni caelstis es, &c. &c.

## In Festo Epiphaniae Domini.

## CONCEPTUS X.

## De materia &amp; forma Baptisii.

Per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Matth. 2.

Hodie Ecclesia celebrat memoriam Baptisii Christi.

**T**Ria sunt mysteria, quorum memoriam Ecclesia celebrat hodie nostro festo religioso celebrat. Primum est adoratio Magorum, qui longinquo itinere e regionibus suis Hierosolymam, & Bethleemum adventantes, Divino

vino Pasfoni oblatis muneribus, auro, thure, & myrrha, loco & nomine totius gentilitatis homagium praestiterunt. Alterum mysterium, quod hodie Ecclesia celebrat, est primum miraculum, quo labentibus annis hac ipsa die Unigenitus Dei Filius in solatium convivarum nuptialium aquam convertit in vinum, aditque sanctus Epiphanius Hares. 74. quod in memoriam huius prodigii quotannis hac ipsa die multi fontes, ac fluvii in vinum converti sunt! horum fontium unus erat in Cybire urbe Caria, alter in Gerafa Arabia, quod & de Nilo multo testatur. Tertium mysterium, quod hodie Ecclesia recolat, est Baptisium, quem Christus Dominus triginta post adorationem Magorum annis hac ipsa die, id est, sexta Januarii, quam sanctus Augustinus serm. 74. de temp. diem dominicam fuisse putat, a Joanne Baptista recepit. Quocirca Aethiopes die sexta Januarii in memoriam baptismi Christi auro non tantum se aspergunt, sed penitus mergunt. Fideles quoque in Graecia in pervigiliis & nocte Epiphaniae Domini aquas ex obvio fonte vel fluvio haurire solebant, quae Deo dono multis annis incorruptae manebant, prout expressit testatur Chrysostomus Hom. de Bapt. Chr. 1. 5. Triplicem hanc festivitatem exprimit Ecclesia in Romano Brev. ita orans hoc fest. Antiph. ad Benedict. Hodie caelesti sponso juncta est Ecclesia, quoniam in Jordane lavit Christus ejus criminis, currant cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua factio vino lactantur convivae. Nos adorationem Magorum, & conversationem aquae in vinum cum reverentia aliis relinquentes; solum Baptisium Christi conformiter ad propositam nobis materiam consideremus.

Igitur explicandum porro erit quoniam sit materia validus.

2. Propositio. Explicatum est ultimo, Baptisium esse triplicem in finem homini necessarium, ut illum Dei filium, Sacramentorum capax, & haeredem regni coelstis efficiat. Jam propinquius Baptisii naturam seu essentiam considerantes explicemus, quae sit illius materia, quae forma! Nec deerrant in decursu sermonis, quae ficient ad nostram partim utilitatem, partim ad sanctam curiositatem. Attendite! Favete!

## §. I.

3. Confirmatio. Materia Sacramenti Baptisii est aqua naturalis, sive fontana, sive fluvialis, sive pluviialis illa sit! Vis, mi Christiane, ut hanc veritatem ex scriptura, ex Patrum testimoniis, ex Conciliorum asertis, & ex ipsa Christi institutione proluxe tibi probem? Quid opus est sub sole meridiano accendere lacernam? Sufficit sola decilio Trid. sess. 7. de Bapt. Can. Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptisii, anathema est. Et Doctoris Angelici, in verbis Baptisium definitis p. 3. *Clavi Spirit. Castib. Conc. Tom. II. Pars II.*

q. 66. 2. 1. Baptisium est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo. Cur autem Dominus Deus materiam Baptisii non elegit aliam, quam aquam naturalem? non alia de causa, quam ob summam illius necessitatem! sine Baptismo impossibile est hominem salvari: ergo conveniens fuit Divinae Providentiae ac Bonitati, ut materia Sacramenti adeo indispensabiliter necessaria facile sit parabilis, & ubique locorum inveniabilis. Si Deus pro materia Baptisii designasset liquorem exquiritum, rarum, pretiosum & multis sumptibus parabilem, quid pauperes facerent? si in aliquo aromate ex Zelandia, India, Trapobana, vel ex alia distita Regione asportando, Baptisium conferri statuisset, quid agerent Europaei vel aliae ab his terris partibus procul distite nationes? si materia Baptisii in aliqua alia re, quae difficulter inveniri ut haberi potest, consisteret, quomodo salvarentur illi, qui improvisa necessitate obruti moram sustinere non possent? o quam multa animae, remedio salutis destituta, sic aeternam perire deberent! Non tibi Deus destinavit ad recuperandum animae tuae palchritudinem pretiosum Sabinae meretricis Romanae balneum, ut refert Plinius: hoc dum audisset, quod lac asinarum ad dealbandum corporis pellem utilis esset, quocunque iter faciebatur, quingentiarum asinarum comitarum secum ducere, & in earum lacte lavari solebat. Non Deus praecipit ad curandum animae nostrae lepram eruentium Regum Aegyptiorum lavacrum, qui ex consilio Medicorum ad sanandas corporum lepras balneum ex sanguine jugulatorum infantum sibi praeparabant: Non haec, inquam, requisivit Deus, sed aquam elementarem, cui ex sanguine & passione Christi tantam virtutem addidit, ut peccati originalis maculam abstergat, Dei gratiam restituat, calti portam aperiat, & ex illis diaboli haeredes coelstis gloria efficiat. Lauda & mirare Deo Bonitatem.

4. Quin imo tam ferocis & effusciter non vult Deus salvos fieri, ut cum forte aqua defecerit, per prodigiosos, & admirabiles eventus defectum suppleverit. Labet hujus rei testimonia ad curiositatem usque audire? Cum Processus & Martinianus Milites, (Bar. ad an. Chr. 5. P. Petrum in custodia carceris Mamertini detinebant, Apostoli doctrinam audirent, & vitae sanctitatem contemplarentur; Christi fidem amplecti fuerat ad deficiente aqua, Petrus signo crucis super rumpem formato fontem, ex quo in hodiernam diem limpidissima aqua fecundant, prodigiose excolavit. De mirabili hoc fonte hodiecum Romae hac mira extant, quantumque aquarum ex illo hauriunt, nunquam deficit, & licet nemo hauriat, in eodem tamen fati permanet, nec redundat, prout narrat Boezius fidei. Eccl. T. 2. l. 1. c. 16. Verum obtusepale sanctam huius aquae virtutem? Milites hac aqua baptizati mox tanta gratia, ac fortitudine donati sunt, ut illic iusti Paulini Praefidis saxo coram auro, maxilla, & dentes contusi sint, illi tamen fixis in calocalis letabunda voce, gloria in excelsis, imo cum